



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 67. Quid addendum circa defectum ætatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

970

tur eos esse legitimos, qui concipiuntur à parentibus vero Matrimonio iunctis, *Sanch. De Marr. I. 9. d. 38. n. 3.* Si alteruter conjux bimestri ante consummatum Matrimonium professus esset in Religione, proles esset spuria, quia esset nata soluto Matrimonio ex illis, qui tum non poterant validè contrahere, *Sanch. n. 4. & dixi l. 4. n. 752.* Si unus altero invito post consummatum Matrimonium esset professus in Religione proles esset legitima, quia professio esset irrita, *Sanch. n. 5.* Si post sacros Ordines à viro susceptos, aut post professionem religiosam consummato antea Matrimonio, proles esset simpliciter legitima, quia nata in vero Matrimonio, attamen secundum quid illegitima & irregularis per Cap. Literas De filiis presbyt. *Sanch. n. 7. & dixi l. 4. n. 752.*

§. 4. Judæi & infideles conversi non ideo sunt irregulares, quia sic nati, nam Apostoli ipsi fuerunt tales. Aliud est, si relaberentur in infidelitatem, *De Luca in Miscell. eccles. disc. 34.*

§. 5. Expositios esse censendos illegitimos & irregulares docent Majol. Alciat. Vafq. Tolet. Sayr. Vgol. aliquique multi, quos citat & sequitur Pignat. tom. 7. conf. 34. quia qui exponuntur sunt communiter illegitimi, res autem judicanda est secundum communiter contingentia. Plura de expositiis dicta vide l. 4. n. 766.

Q. 67. Quid addendum sit circa defensionem etiatis. R. §. 1. Quæ etatas requiratur ad tonsuram & singulos Ordines dictum est l. 6. p. 2. n. 2214. Unde antem ea etatas inchoetur, quomodo completa esse debeat, an ordinatus bona aut malâ fide ante etatem post obtentam etatem dispensari debeat ad exercitium Ordinis, quis in etate dispense-



dispensare possit, aliisque plura dixi l. 6. p. 2. à  
n. 2306.

§. 2. Huc pertinet solutio sequentis casus : 511.  
Titius ordinatus est Sacerdotio tribus mensibus  
ante annum 24. completum, credens 1. id non  
flore graviter illicitum. 2. Episcopum dispen-  
saturum, si sciret, 3. posse computari tempus  
conceptionis suæ. 4. se posse ordinari, dummo-  
do pro legendis primitiis exspectaret tempus 24.  
annorum completorum. Quæritur 1. an incursa  
sit irregularitas, 2. si incursa, quis ab ea absolu-  
vere possit. 3. an Sacerdos ille, quoties Missam  
legit, peccat mortaliter. 4. an si fuerit irregula-  
ritas, stante illâ nunc possit fungi officio sacer-  
dotali, usque dum absolutionem obtineat. R. deo  
ad 1. Præsumi incursam esse irregularitatem, imo  
& suspensionem, quia in tali persona non præ-  
sumitur ignorantiam tam clari & obvii Juris  
fuisse invincibilem. Ad 2. Ab ea irregularita-  
& suspensione occulta absolvere possunt Nun-  
tius, Episcopus, Vicarius generalis. Ad 3. Affir-  
mativè per se loquendo. Ad 4. Non potest, quia  
saltē suspensus est, & si in suspensione exerceat  
actum Ordinis sui, peccat & incurrit novam ir-  
regularitatem.

Q. 68. Quid addendum sit circa defectum ratione 512.  
infamie. R. §. 1. Quid sit fama, quid infamia  
dixi l. 4. n. 786. Irregularitas autem ex infamia  
reducitur ad irregularitates ex defectu, quia in-  
famia est defectus bone famæ, qui sine delicto esse  
potest.

§. 2. Ad inducendam propriè dictam irre- 513.  
gularitatem non sufficit infamia popularis eti-  
am publica, sed requiritur legalis & Canonica,  
qua scilicet ex Jure Canonico vel alio per Cano-  
nes